

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Rosyjskiej Akademii Nauk w Sankt-Petersburgu, sygn. Ban. F 143, k. 134v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 111 [Gn. 108]

[111] [^a] Hoc^b est illud iudicium et illud iuramentum, cum quo aut per quod Iudeus iurare sive evadere debet Christianum, quod scriptum est in iure imperatorum. Ipse debet verti contra solem seorsum et stare nudipes super unam sedem, indutus pallio aut clamide et pilleum Iudaicum habere debet super caput. Si lapsus ter fuerit, totidem fertonem amittit. Et si quarto manet in causa reus, tunc dicit ille, qui sibi predicat iuramentum: “Ego te moneo, Helya iudice, per has tres litteras et per hanc legem, quam Deus dedit Moysi in tabulla lapidea in monte Synai, quod liber iste aut hoc rodale verum ac iustum sit, super quod tu, Iudee, iurare debes huic viro Christiano, pro tali culpa sive causa pro qua te huc ad iudicium duxit.” Extunc sic iurare debet, et sic sibi predicetur iuramentum, ut sequitur.

^a zmiana narzędzia pisarskiego; ^b ozdobny inicjał H wysokości dwóch wersów;

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, prawo cesarskie, Mojżesz, Synaj]